Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698150-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698150-p0002-2

117

OFFICIVM PIETATIS
QVO
VIRO
PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMOQVE
DOMINO
IO. ANDREAE LVTHERO
ARTIVM INGENVARVM MAGISTRO
DIGNISSIMO, GYMNASII FREIBERGENSIS
CONRECTORI MERITISSIMO
PRAECEPTORI FIDELISSIMO
ONOMASMATE
IPSO
IOANNIS
DIE XXIV. IVN. MDCCLVII.
AVSPICATO
RECVRRENTE
OBSEQVIOSISSIME GRATVLANTVR
ORDINI I. et II. ADSCRIPTI
VERBA PRAEEVNTE
HENRICO ADOLPHO HENNICKIO
WEISSENSEENS. THVRING.

FREIBERGAE, Litteris MATTHAEANIS.

117.

Tempore praeſenti, quo res fere publica luctu
Inuolui, aut potius ſubmergi oppreſſa videtur,
Innumeras fautrix dotes natura repandit,
Per ſiluas et agros diffuſas munere largo.
Imprimis vero ſuaues locupletibus horti
Deliciis oculos rapiunt menteſque ſtupentes.
Nunc haerere domi taedet. Lubet ergo ſereno
Inuitante polo et zephyris ſpirantibus hortos
Viſere, et illorum mirando perſequi honores.

Multa quidem Deus omnipotens et maxima dona
Humano generi conceſſit; ſed tamen horto
Non antiquius eſt munus maiuſue repertum.
Nam, quum primus homo, vitali praeditus aura,
Nondum eſſet certus, qua mundi parte ſederet,
Summus rerum opifex plantabat amoena vireta,
Quae non mutata mulcebat luce voluptas.
Et quamquam demens primorum culpa parentum
Fatali morſu hunc genialem perdidit hortum:
Cernitur in noſtris tamen eius imago viretis.

Scilicet hortus alit corpus, praebetque ſalubres
Eſcas, et varios gnauis cultoribus uſus
Conciliat, ſeu multiplices conſpexeris herbas,
Seu cultum Florae ſuaues ſpirantis odores
Videris, innumero quum ſe diſcrimine iactat.
Hic inter ramos fructus Pomona miniſtrat:
Pictae illic patulis pendent e vitibus uvae:
Hic fons reſtaurat vires ſitientibus herbis;
Illic pampineae frondes umbracula texunt.
His cum deliciis paſcit, rapit, et tenet hortus,
Angoreſque graues animo depellit et arcet.
Sollicitaſque licet curas multoſque labores
Poſtulet, ingenti tamen hic cum foenore fructus,
Cum fructuque ſimul varia eſt coniuncta voluptas.

Talis erat quondam Paradiſi nobilis hortus,
Ver ubi perpetuum caput inuiolabile nimbis

Exſertans flores ultro iactabat apricos,
Aër purus ubi propria bonitate nitebat,
Fulmina nec ſparſis hinc ignibus inde nocebant,
Nec naſcebatur ſpinis paliurus acutis,
Sed tempeſtiuas ſtillabant nubila rores,
Atque iugis vultu ridebat gratia coeli.

Aſt fuit hic hortus, nec ſuppetit amplius idem,
Poſtquam primus homo delinquens excidit illo.
Et iactura quidem tantorum flenda bonorum,
Queis inſtructus erat multumque nitebat Adamus,
Non niſi Muſarum puris ſarcitur in hortis.
Damna ſcholae reparant, horti quae iure vocantur,
In quibus imprimis vitae progerminat arbor.
Hanc iuxta rerum diuina ſcientia vernat,
Qvam fons caeleſtis ſacraeque Aganippidos unda
Irrigat: hinc artes florent, hinc ubere cultu
Linguae diuerſae ſplendent: hinc inclyta virtus
Pullulat, atque ſuas gemmas protrudere geſtit.

Ex quo perſpicimus, niſi mens caligat aberrans,
Illi quo numero ſint conuenienter habendi,
Qui iunctis ſtudiis illis operantur in hortis,
Seu ſtirpes floreſque nouos plantaſque virentes
Curis, excubiis, et complectantur amore;
Seu lolium infelix euellant, atque ſtolones
Tollant, et ſteriles, ſi quae dominantur, auenas,
Paullus ubi plantat, rigat et ſtudioſus Apollo.

Et quis vota Tibi, MVLTVM REVERENDE MAGISTER,
Deneget? adſiduis qui curis atque labore
Continuo noſtrum Fautor complecteris hortum.
Ecce! Tibi Muſas genialia ſerta parantes,
Et flores varios miſcentes ſuauibus herbis,
Addicti teſtes animi et documenta probata,
Quo Te, virtuteſque Tuas venerantur et artes.
Nos igitur Numen, ducti pietate, rogamus,
Vt Te permultos vegetum conſeruet in annos,
Ne poſthac morbus recreatum tentet acutus,
Et Tecum noſtrum tueatur et excolat hortum,
Ne deſint ullo ſperati tempore fructus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698150-p0005-9

Chriſtian Friedrich Arnold, Pfaffroda.
Joſeph Mühle, Freyberg.
Johann Gottlieb Schertewitz, Wenſchenbora.
Carl Auguſt Töppner, Neuenſorge.
Johann Chriſtian Daſchke, Priſchke.
Heinrich Adolph Hennicke, Weiſſenſee.
Chriſtian Ehregott Lebrecht Tzſchöckel, Freyberg.
Johann Friedrich Helbig, Tuttendorf.
Johann Auguſt Bienert, Freyberg.
Friedrich Traugott Herzog, Königsbrück.
Chriſtian Gotthold Poppe, Freyberg.
Moritz Erdman Engel, Chemnitz.
Moritz Friedrich Engel, Chemnitz.
Johann Chriſtoph Pilz, Freyberg.
Chriſtian Friedrich Müller von Berneck, Olbernhau.
Friedrich Gotthelf Lochmann, Dreßden.
Guſtav Ludwig Ulbricht, Sorgau.
Chriſtian Gottlob Stecher, Freyberg.
Chriſtian Gottlob Kröber, Dreßden.
Johann Conrad Flade, Hallbach.
Chriſtian Gottlob Kaiſer, Freyberg.
Johann Gotthold Geißler, Freyberg.
Gotthelf Friedrich Oppelt, Krummenhennersdorf.
Johann Gottlieb Haacke, Oſchatz.
Johann Gottfried Ansheim, Hetzdorf.
Johann Gottfried Richter, Niederſchöna.
Chriſtian Ehregott Wunderlich, Kolmnitz.
Friedrich Dankegott Winzer, Naundorf.
Carl Gottlob Kirchhübel, Olbernhau.
Johann Gottlieb Bidermann, Naumburg.
Friedrich Gotthelf Teichmann, Freyberg.
Carl Friedrich Winter, Dreßden.
Salomon Gottlob Bienert, Freyberg.
Chriſtian Gotthelf Meyer, Freyberg.
Gottfried Benjamin Weber, Dippoldiswalda.
Chriſtian Gottlob Fiſcher, Wittigsthal.
Johann Gotthart Uhlich, Meiſſen.
Chriſtian Gottfried Mäſchel, Freyberg.
Johann George Knebel, Niederſchöna.
Gabriel Traugott Schneider, Dippoldiswalda.
Traugott Sigiſmund Günther, Langenhennersd.
Johann Gottfried Schmidt, Hetzdorf.
Chriſtian Gabriel Müller, Olbernhau.
Ernſt Ehrenfried Steglich, Burkartswalda.
Carl Benjamin Gnauck, Hartmannsdorf.
Carl Sigiſmund Facilides, Staucha.
Chriſtian Gottlieb Schmidt, Burkartsdorf.
Johann Gottfried Stecher, Freyberg.
Johann Gottlob Burkard, Tanneberg.
Johann Chriſtian Böhme, Dreßden.
Ehrenfried Gotthart Colditz, Tanneberg.
Gottfried Heinrich Jentſch, Schwarzenberg.
Paul Chriſtian Liſt, Dreßden.
Johann Friedrich Riſſmann, Jüterbock.
Chriſtoph Adam Frey, Leubsdorf.
Johann Gottlob Klausnitzer, Langenhennersdorf.
Chriſtian Friedrich Wittig, Johann Georgenſtadt.

Johann Chriſtoph Einhorn, Langenau.
Johann Gottlieb Dähne, Conradsdorf.
Gottlieb Abraham Langhammer, Freyberg.
Johann Chriſtian Timmrich, Freyberg.
Chriſtian Lebrecht Koch, Erbisdorf.
Gottfried Immanuel Zacharias, Frauenſtein.
Gottlieb Sigiſmund Walkhof, Harthe.
Polycarpus Ehrenfried Lechla, Haynichen.
Salomon Vogel, Eybenſtock.
Friedrich Traugott Hübel, Naſſau.
Johann Gottlieb Irmer, Spechtshauſen.
Friedrich Willhelm Müller, Wildenfels.
Ernſt Amadeus Martini, Mückenberg.
Friedrich Willhelm Rauſchelbach, Caſchwitz.
Gottlob Leopold Rauß, Wengrow in Pohlen.
Salomon Friedrich Hauſchild, Schmiedeberg.
Johann George Ernſt Albrecht, Freyberg.
Johann Chriſtian Barthel, Conradsdorf.
David Benjamin Franke, Freyberg.
Chriſtian Ehregott Schneider, Freyberg.
Gottlob Friedrich Wenzel, Sayda.
Johann Auguſt Schindler, Penig.
Chriſtoph Lebrecht Grahl, Kötzſchberg.
Carl Gottfried Schulze, Freyberg.
Johann Friedrich Lebrecht Brunneman, Freyberg.
Johann Gottfried Hildebrand, Freyberg.
Chriſtian Gottlob Roitzſch, Freyberg.
Johann Gottfried Grießbach, Burkartsdorf.
Andreas Samuel Mängen, Freyberg.
Carl Chriſtian Großböhmich, Hirſchfeld.
Auguſt Sigiſmund Näcke, Freyberg.
Samuel Gotthold Partſch, Freyberg.
Johann Friedrich Bidermann, Dippoldiswalda.
Johann George Eckard, Bockendorf.
Carl Gottfried Voigt, Lößnitz.
Johann Gottfried Kunze, Freyberg.
Johann Auguſt Klemm, Oberbobritzſch.
Johann Gottfried Klemm, Marienberg.
Johann Gottlob Kühnel, Freyberg.
Friedrich Lebrecht Kummer, Mutzſchen.
Carl Gottlieb Tillner, Pappendorf.
Johann Chriſtoph Friedrich Geißler, Freyberg.
David Gotthold Bachner, Tzſchopau.
Johann Adam Friedrich Mäſchel, Freyberg.
George Friedrich Grübler, Freyberg.
Johann Gottfried Ufer, Hetzdorf.
Gotthelf Friedrich Türſch, Cämmerswalde.
Johann Chriſtoph Moſch, Kleinhartmannsdorf.
Johann Gottlob Hähner, Naſſau.
Johann Heinrich Richter, Naundorf.
Chriſtian Gottlieb Wunderlich, Kolmnitz.
Johann George Bellmann, Voigtsdorf.
Johann Friedrich Erler, Gerbersdorf.
Johann Paul Richter, Freyberg.
Gotthold Chriſtian Kaden, Borſtendorf.
Johann Gottfried Erler, Voigtsdorf.
Johann Gottlieb Nendel, Wegefarth.
Chriſtian Hieronymus Hunger, Freyberg.

✡ ✡ ✡

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698150-p0006-5

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148

TA-JOL
K218
617

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698150-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-698150-p0008-6

117

OFFICIVM PIETATIS

QVO

VIRO

PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMOQVE

DOMINO

IO. ANDREAE

LVT … RO

ARTIVM IN … MAGISTRO

DIGNISSIMO … RGENSIS

CONR … O

PRAECE … SSIMO

C …

I O … S

OBS … R

ORDIN … IPTI

HENRICO … NICKIO

W …

FREIB … NIS.